



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CXV. Papst Clemens IV. befiehlt in der Mark Brandenburg, so wie in
Ungarn, Böhmen, Polen, Oestreich [et]c. das Kreuz gegen die Tataren zu
predigen, am 25. Juni 1265.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

Ecclesie sanctimonialium in Ankun contulimus perpetuo possidendam. Et ut nostra Donatio rata et grata futuris temporibus perseveret, presentes nostras literas dicte Ecclesie in evidens testimonium et robur validum duximus erogandas. Datum anno Domini Millesimo Ducentesimo LXIII., in die Sanctorum Confessorum Galli et Lulli.

Nach Beckmann's Inhalt, S. III, 226.

CXV. Pappst Clemens IV. befehlt in der Mark Brandenburg, so wie in Ungarn, Böhmen, Polen, Oestreich etc. das Kreuz gegen die Tataren zu predigen, am 25. Juni 1265.

Clemenſ etc. Strigonienſi et Colonienſi Archiepiſcopiſ. In generalem Mundi noticiam iam devenit, quod Tartarorum genſ effera, de terre ſinibus impetuoſe progrediens, urbem munitiffimam et diverſam ſibi ſubiugaviſſe diſcoſcitur etiam regionem. Et quia permittente Domino, non ſolum de potentibus plurimiſ, ſed etiam de ſamoſiſ Regibus triumphavit, direptiſ in predam illorum divitiis, et boniſ deſiderabilibus aſportatiſ, nullam deinceps arbitratur inuenire potentiam, que ſibi reſiſtere valeat ſuper terram: Fortuna ſiquidem in ſui execrabiliſ proſecutione propoſiti ei olim taliter blandiente, huius genſ perfida in ſuperbiam magiſ ad magiſ ſemper erigitur, et in ſuiſ uanitatibus fortiuſ roboratur, dum id ſuiſ uiribus preſumit aſcribere, quod propter peccata populi ſibi aduerſarii cernitur accidiffe; quamuiſ uniuerſiſ grauiſ ſit nimium et infeſta criſticoliſ, tamen fidelibus de Regno Ungarie ac Polonie et conterminiſ partibus tanto magiſ occurrit horribiliſ et timenda, quanto fideleſ ipſi ſunt inter alioſ ei proximi, et illiuſ incurſum ac ſeuitiam, peccatiſ exigentibus quantoque grauiuſ ſunt perpeſſi. Porro, ſicut cariffimuſ in chriſto filiſ noſter B., Ungarie Rex illuſtriſ, nobiſ expoſuit, per Nuncium ſpecialeſ nuper ad ipſum relatuſ fidedigno peruenit, quod Tartari memorati, aſſociatiſ ſibi quibuſdam aliis paganis eiſ adherentibus, et diuerſiſ ſuiſ exercitibus congregatiſ, in terras criſtianorum, predictis Regno Ungarie et Polonie conterminas, in breui proponunt inſultum facere, illoſque ſibi more ſolito ſubiugare, proceſſuri, quod abſit, ulteriuſ, niſi eiſ uiriliter reſiſtatur. Propter quod idem Rex, velut Princeps catholicuſ et in conſeruatione fidei ac fidelium ſtudioſuſ, ne in conſuſionem criſtiani populi poſſint ulteriuſ proficiſci, preuiſo diuine uirtutiſ auxilio proponit eiſ obuiare uiriliter, et repugnare potenter. Quia uero ſubſidium criſti fidelium ad hoc ei diſcoſcitur plurimum opportunum, fraternitati ueſtre per apoſtolica ſcripta firmiter precipiendo mandamuſ, quatinuſ in Ungaria, Boemia, Polonia, Stiria, auſtria, Carinthia, et marchionatu Brandeburgenſi per uoſ et alioſ ad hoc ydoneoſ, contra dictorum ſeuitiam Tartarorum, et aliorum paganorum eiſ adherentium, auctoritate noſtra uerbum Crucis cum omni diligentia predicetiſ reuerenter, illam omnibus, qui ſuſcipere ipſam uoluerint largituri. Noſ enim, ut quod pro diuini honore nominis tam digne depoſcitur effectu facili compleatur, omnibus de ipſorum Ungarie, Boemie et Polonie aliis que predictis partibus, qui aſſumpto crucis ſignaculo cum preſato Rege uel eiſ Vicario ad tam pium certamen in propriis laboribus et expenſis, Eiſ uero, qui in

propr̄is personis, sed in expens̄is alienis accesserint contra tartaricam feritatem, ac illis, qui mittent illuc in expens̄is propr̄is idoneos bellatores, eis quoque, qui erogabunt aliqua de facultatibus propr̄is pro huiusmodi bellatoribus conducendis, iuxta quantitatem subsidii et deuotionis affectum, illam de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi concedimus suorum ueniam peccatorum, de quibus ueraciter corde contriti et ore confessi fuerint, que transeuntibus in Terre sancte subsidium a Sede apostolica in generali Concilio est concessa, Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita compescendo. Ceterum uolumus, quod ex huiusmodi predicatione tua nullum predicationi Crucis, que fit auctoritate Sedis apostolice in subsidium dilectorum filiorum fratrum hospitalis Sancte Marie Theutonicorum aliorumque fidelium de Liuonia, Curonia et Prussia, preiudicium generetur. Datum Perusii, VII. Kalendas Julii, Anno Primo.

Nach einer Abschrift aus dem Vaticanischen Geh. Archive, Clement. IV. Epist. 112. T. III. Anni I.

CXVI. Pappst Clemens IV. vertröstet den Patriarchen von Jerusalem und die Großen des Reichs auf den Kreuzzug, welchen der Markgraf Otto von Brandenburg beabsichtigt, am 25. Juli 1265.

Clemens etc. Venerabilibus fratribus Patriarche Hierosolymitano, Archiepiscopi et Episcopis ac dilectis filiis hospitalis sancti Johannis, et domus militie Templi Hierosolymitani Magistris, nec non nobilibus uiris V. de N. et aliis uniuersis Baronibus Regni Hierosolymitani etc. — quod permittente Domino iniquitatis filius, post optentam cesaream et euerfam, optinuit nichilominus et azotum, captiuatis ex Dei populo pluribus et non paucis ut fertur occisis, prout per litteras uestras recepimus, nostrum et fratrum nostrorum animos ineffabili merore perfudit, cum stragem populi cristiani nec audire sine cordis amaritudine, nec auditam recolere sine tristitia ualeamus. Sane quia non sufficit in tante necessitatis articulo lacrimis indulgere, que quamuis diuinam impetrent indulgentiam, a propr̄is tamen uiribus exercendis hominem non excusant, manum illico misimus ad remedia, illustrem Regem filium nostrum in cristo Carissimum, et alios Barones Francie, prout decuit excitantes ad uestrum, immo potius Crucifixi subsidium, et nunc ad dilectum filium O. Marchionem Brandenburgensem, cui dudum Dominus inspirauit, ut ad idem opus uiriliter se accingat, ad quod efficaciter animamus eundem, et tam pium eius propositum hactenus occultatum, pro cuius prosecutione aperta suum nuper ad nos miserat Nuncium specialem, per nostra salubria monita promouemus, confidentes in nostri misericordia Redemptoris, quod in breui uidebitis eius auxilium opportunum. Tu igitur, frater, et uos filii carissimi uiriliter agite, nec deiciantur animi, nec concidant uultus uestri, nec enim abbreviata est manus Domini, ut saluare uos nequeat, nec auris eius ut non exaudiat aggrauata, nec uos terreat, si seditiones et prelia uideritis cis-marina: quamuis uniuersis et singulis nos oporteat respondere, cordi tamen nostro, ab olim infixum negotium transmarinum nulli alio potest cedere, sed suum sibi uendicans priuilegium apud